

DE ANIMABVS DEFVNCTORVM SERMO IIII.

259

A autem superedificat supra fundamentū hoc, aurum, argētū, lapides preciosos, ligna, fōnum, stipulam, vniuersitatis opus manifestū erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuersitatis opus quale sit, ignis comprobabit. Si cuius opus māserit quod superedificauit, mercedē accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentū patietur: ipse autem saluus erit, sic tamē quasi per ignem. Multi sunt qui lectionem istam male intelligentes, falsa securitate decipiuntur, dum credunt quod si supra fundamen-
tū Christi capitalia crīmina edificēt, peccata ipsa per ignem trāitorum possint purgari, & ipsi postea ad vitam perpetuam peruenire. Intellectus iste fratres charissimi corrigendus est, quia ipsi se seducunt qui taliter sibi blandiūt. Illo enim trāitorio igne, de quo dixit A postolus, Ipse autem salu⁹ erit, sic tamē quasi per ignem non capitalia, sed minuta peccata purgantur. Et quanvis, quod peius est, non solū maiora, sed etiam minuta, si nūmī plura sint, mer-
gunt. De ipsis majoribus siue minoribus peccatis, & si non omnia vel aliqua commemoranda sunt, ne aliquis se inaniter excusat conetur, & dicat nelcire se quæ sint minuta peccata, vel quæ crīmina capita-
lia. Et quanvis A postolus capitalia plura commemora-
uerit, nos tamen ne desperationem facere vi-
deamus, breuerit dicitus quæ sunt illa. Sacrilegiū, homicidium, adulterium, falsum testimoniū, fur-
tum, rapina, superbia, inuidia, auaritia: & si lōgo tem-
pore teneatur iracundia, & ebrietas si assidua sit, in
eorum numero computatur. Quicunq; enim aliqua de istis peccatis in se dominari cognouerit, nisi di-
gne se emendauerit: & si habuerit spaciū longo tē-
pore poenitentia egerit, & largas eleemosynas ero-
gauerit, & à peccatis ipsis abstinerit, illo trāitorio
igne de quo ait A postolus, purgari non poterit, sed
æternā illi flāma fine vlo remedio cruciabit. Que
autem sint minuta peccata, licet omnibus nota sint,
tamen quia longum est vt omnia replicentur, opus
est vt ex eis vel aliquid nominem⁹. Quoties aliquis
in cibo aut in potu plus accipit q̄ necesse sit, ad mi-
nuta peccata nouerit pertinere. Quoties pl⁹ loquī
quam oportet, aut pl⁹ tacet quam expedit. Quoties
pauperē importune petetem exasperat. Quoties cū
corpo sit fanus alijs ieiunatibus prandere voluerit,
aut somno deditus tardius ad Ecclesiam surgit.
Quoties excepto desiderio filiorum, vxorē suā co-
gnouerit. Quoties in carcere clausos & in vinculis
positos tardius requisiuerit. Quoties infirmos tar-
dius visitauerit. Si discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut vxorē,
aut filium, aut serui exasperauerit quam oportet.
Si amplius fuerit blanditus q̄ expedit. Si cuicunq; maior personæ aut ex voluntate aut ex necessitate
adulari voluerit. Si pauperibus exlibentibus cibum
non dederit, aut nūmī delictiosa, aut sumptuosa si-
bi cōmūna præparauerit. Si se in Ecclesia aut extra
Ecclesiam fabulis ociosis, & quibus in die iudicii ra-
tio reddenda est occupauerit. Si dum incaute iūra-
mus, & cū hoc per aliquā necessitatē implere nō po-
terimus vtrq; perirramus. Et cum omni facilitate
vel temeritate maledicimus, cum scriptū sit, Neg-
maledici regnum dei possidebunt. Et cum aliquid
suspiciatur temere, quod tamen plerūq; non ita, vt
credimus, cōprobatur, sine villa dubitatione delin-
quimus. Hæc em⁹ & his similia ad minuta peccata
pertinet, non dubitūt, quæ, sicut iam dixi, enumera-
rei vix possunt, & à quibus nō solum populus Chri-
stianus, sed etiā nullus sanctoru⁹ imunis esse potuit
aliquādō aut poterit. Quib⁹ peccat? licet occidi ani-
mam nō credamus, ita tñ ea velut quibusdā puf-
fusilis, & qualī horrēda scabie replentes deformē faciūt,
vt eā ad amplexus illius sponsi cœlestis aut vix, aut

cum grandi confusione venire permittant. De quo D
scriptum est, Aptauit sibi Ecclesiā non habentē ma Ephe.5.

culam aut rugam. Et ideo continuus orationibus, &
frequentibus ieiunijs, & largioribus eleemosynis,

& præcipue per indulgentiā eorum qui in nos pec-
cant aliud redimātur, ne forte simul collecta cu-
mulum faciant & demergant animā. Quicquid enī
de istis peccatis a nobis redemptum non fuerit, illo

igne purgandum est, de quo dixit A plus, Quia in 1. Cor.3.

igne reuelabitur. Et si cui⁹ opus arserit, detrimentū
patietur. A ut em⁹ dum in hoc mundo viuimus, ipsi
nos per poenitentiā fatigamus, aut certe volēte aut

permittente de multis tribulationib⁹ pro istis pec-
catis affligim⁹, & si deo gratias agim⁹ liberamur.

Quod ita sit, si quotiens maritus, aut vxor, aut fili⁹
moritur, vel si substātia a nobis plus q̄ oportet ama-
tur, auferunt. Licit plus Christum q̄ ipsam substā-
tiā diligamus, & si necessitas fuerit, malimus ipsā
substātia perdere q̄ Christum negare: tamen quia,
sicut iam dixi, si plus eam, q̄ oportet diligim⁹, amit-
tere eam autē dum viuimus, aut dum morimur, si-
ne grandi dolore nō possumus, & tamen, si deo, qui

illam à nobis auferri velut pius pater permittit, tā-
quā boni filij gratias agamus, & minus nos pati

q̄ meremur cū vera humilitate proferamus. Ita pec-
ata ipsa in hoc seculo purgantur, vt in futuro ille
ignis purgatoriū aut nō inueniat, aut certe parum
inueniat quod exurat. Si autem nec in tribulacione
deo gratias agimus, nec bonis operibus peccata re-
dimim⁹, ipsi tamdiu in illo purgatorio igne moras
habebimus, qđū supradicta peccata minuta tanq;
ligna, fōnum, stipula consumantur. Sed dicit ali-
quis, Nō pertinet ad me quāndiu moras habeam,
si tamen ad vitam æternā perrexero. Nemo hoc di-
cat fratres charissimi, quia illa purgatori⁹ ignis du-
rior erit q̄ quid potest in hoc seculo pœnarum vide-
ri aut cogitari, aut sentiri. Et cū de die iudicii fer-
ptū sit, q̄ erit dies vñus tanq; mille anni, & mille an-

Psal.39.

ni tanq; dies vñus, vnde scit vñusq; vtrū diebus an-
tēnsibus, an forte etiā & annis per illum ignem sit
transfusus? Et qui modo nec vñū digitum lūmū in
ignem vult mittere, timeat neceſſe est vel tunc para-
uo tempore cum anima & toto corpore cruciari. Et

ideo tempore virib⁹ vñusq; laboret, vt capitalia crī-
mina possit euadere, & minuta peccata ita operibus

bonis redimere, vt de ipsis nihil videatur remanere
quod ille ignis possit absumere. Illi autē qui capita-
lia crīmina cōmitunt, si quādū viuit, ea redimere

F
poenitentia medicamenta noluerint, ad illi ignem,
de quo dicit A plus, Ipse autē salu⁹ erit, sic tri qualis 1. Cor.3.

per ignē: sicut iam dicitū est, venire non poterunt, sed
magis illam durā & irrevocabilem sententia audi-
turi sunt. Discedite à me maledicti in ignem eter-

num. Et ideo, quia ista perpetua pœna, & ab illo
purgatorio igne desiderat liberari, crīmina capita-
lia nō admittant, aut si iam cōmiserunt, fructuofam
agant poenitentiā, & illa parua vel quotidiana pec-
cata bonis operibus redimere nō desistant. Quibus

tamen operibus minuta peccata redimātur, plenius
vobis inlinuere desidero. Quoties infirmos visita-
mus, in carcere clausos & positos in vinculis requi-
rimus, discordes ad cōcordiam reuocamus, indictio
Ecclesiae ieiunio ieiunamus, pedes hospiti⁹ ablui-
mus, ad vigilias frequenter conuenimus, eleemosyn-
am ante ostiū præterentibus pauperibus damus,

inimicis nostris quoties petierint veniam indulge-
mus. Istis em⁹ operibus & his similib⁹ minuta pecca-
ta redimuntur quotidie. Pro capitalibus vero crimi-
nib⁹ hoc non solū sufficit, sed addendæ sunt lachry-
mæ, rugitus & gemitus, cōtinuata longo tēpore ac
protracta ieiunia, & largiores eleemosynæ erogan-
dæ, vltro nosipos à cōmunione Ecclesie remouen-

K iii tes,

1. Cor.6.

Tomus decimus.